

inter dilectos fratres nostros, capitulum Misnense ex parte una et Matheum militem ministerialem nostrum de Chanewiz¹⁾ ex altera fuisset diutius agitata, miles idem, qui per multos annos excommunicationis vinculo extitit innodatus²⁾, ductus spiritu contritionis accedens ad praesentiam nostram in Bischofiswerde absolutionis beneficium a nobis petiit³⁾ humiliter ac devote, resignans in manus nostras ius, quod in dominicali et duobus mansis et molendino Chanewiz⁴⁾ a nobis sibi hactenus addicebat, et renuncians omni iuri et actioni⁵⁾, quod vel sibi vel heredibus suis in perpetuum in bonis competere videretur eisdem; nos⁶⁾ de prudentum virorum consilio ipsum duximus absolvendum. Et quia multa est malitia hominum super terram, ne dilectis fratribus nostris capitulo supradicto super praefatis bonis sive a successore nostro sive a quocumque alio post tempora nostra quaestio moveatur, ius quod tamen ante ad praedictum capitulum pertinebat in bonis ipsis⁷⁾, per donationem publicam⁸⁾ innovantes ad ecclesiam Misnensem ad praebendas fratrum duximus transferendum, firmiter sub interminatione anathematis prohibentes, ne quis capitulum Misnense in bonis saepius memoratis perturbet aliquatenus aut molestet. Quod si quis attemptaverit dei omnipotentis offensam et nostrae excommunicationis sententiam se noverit incurrisse. Actum Bischofiswerde⁹⁾ VII^o. Kal. Aprilis anno domini M^o. CC^o. XXVII^o., pontificatus nostri XVIII^o. Huius rei testes sunt: Nycolaus Budesinensis praepositus, Lambertus canonicus Misnensis, Heinricus scolasticus Wurcinensis, Vlricus canonicus Budesinensis, Heinricus de Polsniz, Arnoldus de Bischofisdorf, Johannes filius pincernae, Ericus clerici, Meinhardus de Bischofiswerde, Conradus filius eius, Waltherus de Bischofisdorf, Lambertus de Worganewiz, Andreas filius pincernae, Luthegerus camerarius, Gisilbertus de Nimitsen¹⁰⁾, Iohannes cocus de Wurcin, Rudegerus sculthetus de Goltbach, Wernherus scultetus de Baldewinesdorf, Harthungus de Dobranewiz¹¹⁾ laici et alii quam plures¹²⁾.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen in zwei Ausfertigungen mit wohlgehaltenem Siegel des Bischofs an rothen und gelben seidenen Fäden.

Köhler cod. dipl. Lus. I. Anh. S. 58.

1) Chanewiz B. 2) tandem cum per multos annos extitisset innodatus excommunicationis vinculo B. 3) petiit sibi a nobis absolutionis beneficium impendi B. 4) in manu nostra fecimus si quid in dominicali, in mansis et molendino Chanewiz B. 5) impetitioni B. 6) Nos vero B. 7) bonis memoratis nos B. 8) donationem nostram B. 9) perturbet, aggravet vel molestet. Si quis vero hoc praesumpserit attemptare, se excommunicationis vinculo noverit innodatum. Datum Bischofiswerde B. 10) Bischofisdorf plebani. Johannes subdiaconus, laici fassulli ministeriales nostri Meinardus et Conradus filius eius, Walpertus de Bischofiswerde. Walterus de Bischofisdorf, Lampertus de Worganewiz, Andreas filius pincernae, Luthegerus camerarius, Gisilbertus de Nimitsen B. 11) Wernerus scultetus de Baldewinesdorf, Hartungus de Dobranewiz B. 12) quam plures fehlt in B.

No. 103. 1227. 18. Oct.

B. Bruno II. übergibt dem Capitel, welches 168 Mark S. zum Ankauf von Stolpen gezahlt, die Dörfer Luzewiz und Repnitz, und stiftet dabei zugleich sein Jahrgedächtniss.

Bruno secundus dei gratia Misnensis episcopus. Notum facimus tam praesentibus quam futuris Christi fidelibus universis, quod nos receptis a fratribus nostris, Misnensi capitulo CLX^a et VIII marcis argenti, quas de consilio eorumdem in emptionem castelli nostri Stolp. redegimus, villam Luzewiz^{a)} in territorio Nisen sitam et villam Repniz apud

a) Loschwitz bei Dresden (Leutewitz, Par. Briessnitz?).